

Die
ss

not


#

MONTIVM ET EXCELSORVM
SACRA
EX ANTIQVITATIS SACRAE MONVMENTIS
ILLVSTRARE
INCIPIT

EXAMEN PVBLICVM
ET
ACTVM ORATORIVM
IN SCHOLA HELMSTADIENSI SENATORIA
INSTITVENDVM
INDICANS

M· IO· FRANCISCVS WAGNER
RECTOR SCHOLAE HELMST· SENAT· SVEPRIOR
COENOBII MARIAEVALLENSIS POETA LAVR· CAES
CVSTOS BIBLIOTHECAE ACADEMIAE IVLIOCARO
LINAE DVCALIS TEVTONICAЕ SOCIETATIS HELM
STAD· EPHORVS ET ALTDORFIENSI HONORIS
CAVSSA EXTRA ORDINEM ADSCRIPTVS

HELMSTADI
EXCVDIT TYPIS MICHAEL GVNTHER LEVCKART





DE MONTIVM ET EXCELSORVM
SACRIS
PROLVSIO PRIMA

§. I

IDOLORVM CVLTVS TESTATVR DEVVM ESSE



EVERVNT quidem, qui, propterea quod
indubitatis edocti argumentis nouimus,
gentes tantum non omnes a) ab antiquissimis
inde temporibus numen quoddam supremum coluisse, qualecumque
DEI notitiam hominibus innatam b) statuerunt;
quiique, quam ex ea profectam
iudicarunt tamquam e primo fonte et origine sua, populorum consensionem in

A 2 agno-

ideis innatis discas breuiibus in
Cel. IAC. BRUCKERI Historia
Philos. de Ideis p. 269. sqq. ad
de IO. FRANC. BUDDEI The-
sis

a) vi. IO. FRANC. BUDDEI the-
sis de Atheismo et superflit. G.

V. §. I

b) Auctorem et fata doctrinae de

IV DE MONTIVM ET EXCELSORVM SACRIS

agnoscenda mente quadam superiori et aeterna, idoneum, quod D E V S existat, firmumque habuerunt testimonium. c) Enim uero quemadmodum iis libens me lubensque adiungo, qui eam esse credunt intelligentiae nostrae conditionem atque vim natura datam, vt non possit non iis assentiri, qui vniuersum hoc docent a sapientissimo ac aeterno numine conditum esse, regi ac gubernari: d) ita equidem nullus dubito, quin id ipsum hoc gentium vetustiorum et *τὰν ἐπιζητοῦνταν* comprobet ID OLOL ATRIA. Hanc enim quid putas nisi cultum vero D E O praestandum ad res creatas atque numina effecta translatum? Scilicet spiritus ille malignus, qui coelo deiectus generi humano ad aeternam salutem condito quam maxime iniudit, mendacii id suis non modo conatus est in profundissimam perniciem detrudere, sed ipsi illi, quod fide in soterem promissum videbat caput posse suum erigere atque ad pristinam libertatem ac gloriam accedere, grauius pertinaciusque insistens id consilium nefandum cepit, vt omnes pro sua quemque indole ad quodus delictorum genus sollicitaret, et eo in primis perduiceret, vt non absque horrenda numinis aeterni iniuria res creatas diuino cultu prosequerentur, eundemque suo atque rerum omnium auctori recusarent. e) Perinde igitur atque, si nulla virtus, nulla eius esset

fes de Atheismo et superstitione

C. V. §. 1. ** Infritt. Theol. mor.

P. II. Cap. II. §. V. p. m. 398. sqq

c) cf. BVDDEI *Theses de Atheism.*
et superst. c. I.

d) Id statuerunt etiam Theologis nostrates, qui ideas nobis innatas esse de potentia proxima doceuerunt; quo in primis perti-

nent IO. MVS AEV S in *Introd.*
in *Theologiam c. II. §. 19. p. 52.*

sqq. et IO. FRANC. BUDDEVS
in *Institut. Theolog. moral. P. II.*

C. II. §. 5. p. m. 398. sqq

e) cf. GER. IO. VOSSIUS de origine ac progressu idolatriae L.
I. P. I. C. I.

est simulatio; ita, nisi olim pia priorum progenies vero D E O ratione sibi atque reuelatione cognito fecisset sacra, nec idolis, credo, gentes vñquam focos arasque exstruxissent. Quum enim non possumus non suspicari, quod D E V S ipse primos omnium parentes instruxerit, quem sibi cultum ad illis eorumque posteris vellet exhiberi; f) tum hunc illi ipsum videntur ad idola transtulisse, qui impulsu principis mendaciorum in mendacium peruerterunt veritatem. Quo sane pertinet illa communis idololatrarum antiquitus accepta consuetudo, qua adducti bestiis immolandis aut optimoribus terrae fructibus accendendis exhibendisue numina coelestia venerati sunt, eorumque gratiam sibi conciliare studuerunt: cuius quidem religionis vestigia et exempla in sacris a Caino et Abele factis mihi videor vide-re. g) Neque vero eos, puto, seu parentes, quos sequenti procul dubio et imitati sunt, rationis coniectura agnouisse, sed potius diuinitus eductos esse et conuictos, quod ritus hic acceptus D E O atque gratus sit. h)

A 3 Quae

f) cf. 10^o FRANC^o BVDDEI Institut.

Theologiae dogmat. L.

I. C. I. §. XXII. p. m. 19. sqq

g) Ipse Cel. 10^o SPENCERVS,

qui L. III. de legibus Hebreorum ritualibus Diff. II. f. m. 741.

sqq. sacrificia originis profanae esse contendit, et a gentilibus

excoigitata priuum transuisse ad

Hebreos, D E O per συναπόδει-

τω illa tolerante et lege deinceps approbante, fatetur tamen

f. 754, sacrificia priuum sub

Patriarchis vsum et originem

inuenisse

h) De sacrificiorum origine variis sunt tententiae. Pontificii es fere ad ius naturae referunt necessariumque D E I aderunt cultum, qui viguerit iam in Paradiso. et in N. T per sacrificium Missaticum sit continuandus. (cf. SELDENVM de I. N. et G. secundum dicit. Ebr. L. III. C. 2 et 8. Remonstrantes et Sociniani inuentionis hu-

manae

Quae quidem qui curatius perpendet animo, is fane nec infitiabitur, idololatriam nobis argumento esse, quod DEVS verus isque vnu sit; quodque eum ab ipsis rerum primordiis pia et pura mente coluerit piorum hominum familia

§. II

RITVS IN MONTIEBS ET EXCELSIS SACRA FA
CIENDI SANCTISSIMAE EST ORIGINIS

IPSA autem diuina sacrae antiquitatis monu
menta eiusmodi referunt idololatrarum ritus atque cae
rimonias, quae corroborandae huic sententiae nostrae in
seruiunt, tantum abest, vt eam defendantes ad argutas
modo conjecturas confugere cogamus. Eorum enim,
qui populi Israëlitici fata e sacris libris sub prisco foede
re scriptis cognita habet et perspecta, quis est, quem fu
geret gentium mos ille atque constuetudo, in collibus
mon-

manae sacrificia putant, ratione
tamen congruentia; cui senten
tiae accedunt et Patres apud
OVTRAM VMB de sacrificiis L.
I. C. I. §. 6. ex Iudeis MAI
MONIDES et ABARBANEL
probatur item HOBESIO de
Ciue C. 15. h. GROTIUS ad
Gen. IV, 3. et de verit. rel.
Chrif. L. 5. §. 8. EPISCOPIO
in Institt. Theol. L. 1. C. 8. f. 18.
6. melius tamen L. III. C. 3. f.
71. 6. sentienti; CHAVVINO de
religione naturali P. II, C. IV.
P. 253. sqq. aliis. Media eaque
omnino optima sententia est

haec, qua diuini eiusque positi
ui instituti sacrificia credantur
Equidem mihi nunquam aliquis per
suadebit, sanam ratio
nen innenire possi in sacrificiis
in se spectatis, quae digna sint
DEI proprietatibus cultuque
ipsi debito. cf. 10^o FRANC
BUDDEVUM de picare philo
phica §. 39. sq. in Institt. theol.
dogm. c. l. in Historia eccl[esiast]ic.
V. T. torn. I. per. I. sect. 1. §. 50.
p. 143. Sq. Reliquos auctores
huc spectantes vi. in CHRISTO
MATTH. PFAFFIL. d[icit] fert. p[ro]p[ter]a
praclimitu. ad SPENCERVM

montibusue idolis suis sacra faciendi; id quod toties imitatus est mutabilis et vagus Israelitarum populus, ut adeo crimen in se committeret turpissimae ingratitudinis et perfidiae erga verum eumque D E V M, a quo subinde innumeris affectus fuit beneficiis. Atqui vero hunc eumdem ritum, in excelsioribus his terrae partibus diuino numina prosequendi cultu, sanctissimae originis esse et a piorum coetu ad gentes vero D E O inimicas promanasse, certum et persuasum mihi est, atque in hac scriptione paullo accuratius exponam, nullus dubitans, quin argumentum hoc, cui insunt bene multa sapientiae diuinae vestigia, quodque innumeris scripturae sacrae locis sumam adfert lucem, qua dignitatem nullo sit inferioris, superius vero non paucis qua amoenitatem utilitatemque

§. III

MONTIVM VOCABVL O VARIA EST SIGNIFICANDI
VIS DENOTAT REGNA SPECIATIM REGNVM
CHRISTI

AGE igitur, atque, vt tractatio nostra, veluti aedificium ab architecto rerum non ignaro exstructum, fundamento praeclare iacto innitatur, ostendamus primo omnium, quo loco D E V S sub prisco foedere MONTES voluerit a piorum coetu haberi, et quae IPSI fuerint caussae, cur altiora oeconomiae suae momenta per eos adumbrare amauerit. Quid enim? nonne ea est harum terrae partium natura, vt, quia amplitudine et excelsitate sua maiestatis nefcio cuius imaginem sistentes multum huic domicilio nostro ornamentum peculiaremque

VIII DE MONTIVM ET EXCELSORVM SACRIS

que venustatem adserunt et elegantiam; item quia aditu difficiles remotioresque ab hominum frequentia cuius periculis hostibusque presso securas videntur habitationes praebere: aptae igitur sint et commodae, quarum nomina ad res alias, in quibus similes insunt proprietates, transferantur. Hinc quia REGNA potentiora decus quasi sunt et robur gentium, quo excellunt alias, ab iisque prominent, veluti montes a terra collibusue submissoribus; quia porro sub tegmine eorum facilius videmur vitae nostrae tranquillitatem securitatemque consequi: fit, ut eadem in sacra codice passim MONTES saluentur. Quo enim, nisi hoc, pertineat illud IEREMIAE (Cap. LI, 25.) Babylonis interitum vaticinantis, quo regnum hoc, non a situ urbis, qui in plano erat, sed ob dignitatis et potentiae, qua super reliqua eminebat, altitudinem *הַר מִשְׁׁחָתָה* *mons perdens* omnem terram appellatur? i) neque errorem, opinor, errabis, eodem si retuleris, quae IEHova populum suum ab variis hostibus grauiter afflictum consolaturus per IESAIAM (Cap. XLI, 15.) aliquando edicebat: *רֹוח שְׁמַךְ לְמִזְרָחּ בָּעֵל פְּנִים תְּרוֹפָה וְתוֹךְ גְּבֻעָה* *רֹוחַ חֲנוֹן בְּכָסֵץ הַשְׁׁמִינִי* *Ecce dispositurus sum te in tribulam stylis recentibus bipennem; triturabis MONTES communiques, et COLLES tamquam glauam dispones.* Est enim, quod GROTIUS k) recte mihi videtur docuisse, hic horum verborum sensus, ut promittat DEVS, eundem se, qui olim Abrahami caussa contriuisset Reges, et Moses eumque comitantium caussa Regem Aegyptum, ita nunc

i) cf. 10^o HVSEMANNU in *Philologia S. p. m. 1241. POLI Ieremiam* ad h. l. *FLACII IL LYRICI* Clavis scripturae S. ad vocem MONS SAL GLASSII *Synopsis Criticor. ad h. l. vi. HVGO GROTIUS in Commentariis in V. T. ad b. l.*

nunc etiam Israelitarum gratia הרים וּבָבֹן MEDOS ET BABYLONEM, a quibus admodum premerentur, contritum et radicitus eversurum esse. IAM vero inuisibile illud et coeleste regnum, quod CHRISTO incorrupta doctrinae suae propagatione et sacramentorum ab ipso institutorum legitima distributione colligitur, nonne et potentissimum et amplissimum et omnium omnino beatissimum est? nec enim fiet umquam, ut ab hostis sui calidissimi et sat potentis vi insidiisque strucis concutiat, tantum abest, ut opprimatur penitus; inque illa summa, eaque aeterna fruemur beatitudine, et manet adeo nos infinita laetitiae plane inenarrabilium copia. Num igitur miramur, DEO placuisse, ut et huic regno, firmissima videlicet innixo petra, in codice diuino montis nomen imponeretur? namque dum IEHOVA per IESAIAM (C. LVI, 7.) promittit, se tempore noui foederis gentes etiam ad MONTEM SANCTVM SVVM fore adducturum, non credo, quemquam esse, qui hanc orationem de coetu piorum, per fidem in CHRISTVM aeternam salutem consequentium, nolit interpretari; quos nimur et PAVLVS (Ebr. XII, 22.) dicit accessisse ad MONTEM ZION et urbem viui DEI, ad coelestem illam Hierosolymam et myriadas Angelorum

§. IV

CAVSSAE CVR VOLVERIT DEVS SVPER
MONTIBVS COLI.

REGNUM igitur soteris nostri aeternum quoniam monti altissimo simile est et omnium maxime inexpugnabili: non amplius latet nos caussarum gravissima,

B

uissima, cur sapientissimo et benignissimo D E O placuerit curare, vt, quibus quasi fundamenta totius oeconomiae suae sanctioris, salutem hominum aeternam concernentis, ponerentur, et quae essent cultus sub prisco foedere sibi exhibendi capita potiora, ea super montibus susciperentur. Sic enim vel oculis perciperent fidem diuinorum de aeterna salute et gloria promissionum, nec dubitarent, M E S S I A E regnum tam firmum atque stabile aeternum fore, ac montes altissimos. Enimvero nec aliae defunt huius rei caussae, summae sapientiae non minus congruentes: quarum eam quidem habemus potissimum, qua gens electa, vt attenderet curatius, quae montibus insunt ad cultus diuini, et, quam eo consequi studeat, aeternae beatitudinis veram indeolem et conditionem exprimendam, diuinitus iussa videtur. Sunt enim montes eae orbis terrarum partes, quarum cacumina coelum, quod scriptura sacra (Ps. VI, 4. CXV, 3. CXVIII, 1.) D E V M inhabitare docet, attingunt quasi, adeo vt *fundamenta coelorum* (2. Sam. XXII, 8.) commode appellantur; quas etiam qui adscendit, hominum effugit commercium et securus, vii a periculis, ita a flagitorum etiam incitamentis est. Pii igitur, quemadmodum monte D E V M adoratum adscenso proprius quasi ad hunc coelorum Dominum admirerentur, ita meminerint, se ipsum suum πολιτευμα (Phil. III.) in coelis habere, et ibi aliquando, spe sua vsque ad vitae suae finem in unico fovere illo fixa, D E oque pia mente culto, in arctissimam eamque aeternam diuini numinis omniumque beatorum communionem receptum iri; insuper vero perpenderent, D E V M sanctissimum, qui praecipit peret

peret populo suo se adoraturo proprios quasi lares su-
asque vrbes relinquere et e suorum consortio discede-
re, non nisi illorum acquiescere sacris, qui, cuius im-
probitatum generi inimici et animo veluti e mundo
hoc egressi, pieratis non infucatae studio in dies semet
acceptiores D E O reddere allaborarent. Haberent
igitur sedem futurae beatitudinis quasi adumbratam,
discerentque ex hoc typo, qua ratione *πολυτελείας* sui
coelestis participes se reddere possent. *Quis ascendet in montem I E H O V A E, et quis stabit in loco sanctitatis eius?*
Quis coetu sanctorum suo se iure adiungeret, cumque
eis omnibus aeternam consequetur salutem? Innocens
manibus, et animo purus; qui non effert ad vanitatem
animam suam, nec iurat ad fraudem. Ps. XXIV, 3. sq.
I E H O V A, quis commorabitur in tentorio tuo? quis habitabit
in monte sanctitatis tue? *Qui ambulat integre, et exer-*
cet iustitiam, ac loquitur veritatem ex animo suo, rel.
Ps. XV, 1. sq.

§. V

ABRAHAMVS SVPER MONTE FILIVM SVVM DEO
IMMOLARE IVSSVS

P O S T Q V A M igitur cultus diuini ad mon-
tes sub foedore prisco adstricti caussas potiores disputa-
uiimus: ad eam peruenimus tractationis nostrae par-
tem, qua verum D E V M super locis excelsioribus suo
iussu adoratum ex antiquitate sacra necesse est sistamus.
Atqui vero quid primo omnium, nisi summum illud
pietatis et fidei specimen in memoriam tibi reuocemus,
quod omnium nostrum coram D E O parens, ABRAHA-
MVS, super uno montium regionis MORIIAE edi-
dit?

B 2

dit? (Genes. XXII.) Hic enim, qui secundum promissiones diuinæ sibi factas pater multarum gentium euaderet, quique adeo, Isaaco mortuo, omni spe sua excisus videretur, a D E O tamen potentissimo iussus abiit in regionem hanc, super monte coelius sibi ostendendo unicum suum filium immolaturus. Abeunt in diuersas sententias interpres, situm MORIAE suum adsignantes, et denominationis originem explicantes. Quemadmodum vero fusior harum rerum disputatio ab instituti nostri ratione aliena est: ita tamen non possumus eorum asserta omnino improbare, qui MORIA M illum ipsum credunt tractum montanum esse, cuius collibus vrbs Dauidis atque Templum superaedificatum fuit, I) (2. Paral. III, I.) saltim contrarium neque

ex

- I) Quoad partem igitur modo iis subscrivere possumus, quae PETR. CVNAEV. L. II. de Rep. Hebraeorum C. XII. de montano hoc tractu refert: Vanissimum est, inquiens, et exsibilari debet, quod Rabbi Eliezer in capitulis suis ex communione Iudeorum opinione prodidit, montem, in quo aedes Ierusalem sita est, hunc ipsum esse, in quo primus hominum parens, A D A MVS, sacra fecit, atque ibidem mox ABELVM CAINVM que munera sua numini obtulisse, rursum vero et NOACHVM illuc altare posuisse, cum ex arce egredereatur: et ABRAHAM VMB coelestibus monitis hic proiectum fuisset, ut filium mactaret. Eiusdem

generis est, quod in Berechith Rabba, in Pasuk וְיַצֵּר et in Talmudis Hierosolymitanis tractatu, qui נִזְבָּנָה inscriptus est, in capite XXIII. legitur, ADAMVM ex puluere illius montis esse conditum, atque recte dictum a sapientibus veteri verbo esse: creationem eius in illo loco contigisse, vbi peracta eius expiatio est. rel. Hoc sane mihi videtur certissimum esse, regiō nem Morijae, quam Abrahāmus adire iussus est, in terra Canaan non minus sitam fuisse ac montem, cui Templum postea inaedificatum fuit. Itidem verba textus: עַל נִזְבָּנָה אָשֶׁר אָמַר אֱלֹהִים ostendit.

ex sacris neque ex profanis scriptoribus facile euinci mihi met videtur. Licit igitur exinde sequatur, s o t e
R E M nostrum eodem fere loco, quo Abrahamus filium suum p e o immolare, cruci adfixum et tamquam sacrificium pro peccatis nostris Patri suo oblatum esse; idque admirandum sapientiae diuinae monumen-tum sistat, quum pater gentium omnium fidem suam testari atque iustitiae gloriam consequi eo debuerit lo-co, quo nostra omnium iustitia aliquando consummare-tur: qui tamen vterius eo id trahunt, vt ISAACUM

B 3

im-

ostendunt, regionem hanc fuisse tractum montanum; quod ipsum bene conuenit cum situ Hierosolymae. Caeterum de Moriae regione et monte cf. HADR. RELANDI *Palaeostinae* L. III. p. 833 sq. CALMET *Dictionnaire sur la Bible et DAN SCHNEIDER'S allgemeines biblischen Lexicon* ad vocem MORIA. De Abrahamo filium suum immolaturo vide *Discursus* XX. in egregio Cl. SAVRINII opere: *Discours sur la Bible* Mouet autem ibi Auctor cum aliis quaestionem hanc: quo modo Abrahamus sit excusandus, ad seruos suos dicens: vos confite hic cum asno, ego vero et hic puer ibimus eo usque; quinque adorauerimus, reuertemur ad vos? Putant enim, Abrahamum mendacii crimen in se commisso; a quo ut eum liberet SAVRINIVS, mirum in

modum se torquet. At enim vero non quidem eorum adscribimus sententiae, qui Patriarcham haec verba dixisse putant de eventu rei diuinitus iam edoctum; hoc enim assumto omnem diuinam tentationem remoues, nec minus absurdum quid si flatuunt, qui Abrahamum ad ossa filii resperxisse docent. Sane tenerrimus amor et affectus vere paternus ad hunc sermonem Abrahamum adduxerunt, qui, quae facienda essent, ideo seruos celiuit filiumque, ne prae mature iniecta eorum mentione nimis adfligeret eum, adeoque ne fibetiam cum eius seruorumque precibus conflictandum esset, et certaminis grauitatem vehementer auctam videref, num mentitur, qui tacet, quod sibi aliusne nocere potest, quodque illis indicare non tenetur

XIV DE MONTIVM ET EXCELSORVM SACRIS

immolandum MESSIAE typum fuisse doceant: vero ne hi piis quidem sed lubricis maxime argumentis ducantur. m) Damus enim, MORIIAE nomen a voce מרים ea propter deriuandum, quod ex sermone Abrahami v. 14. obuio videtur ortum esse; adeo ut מרים idem fere sit ac הָרָה וְאַרְהָן, i. e. Θεοφανεῖς Deus manifestatus: n) quo tamen iure haec verba ita interpretari velis, vt Filium DEI in carne manifestandum et super horum montium uno cruci adfigendum innuant? Abrahamus, qui hoc in monte IEHOVAM prouidum esse ac veracem DEVUM expertus est, indidit ei id nomen: הָרָה וְאַרְהָן prouidebit IEHOUA; certus animo firmusque, fore, ut numen hoc sanctissimum omnibus sibi factis promissionibus iubeat suo

m) De Isaaco, qua Christi typo, vi. le Discours XX. dans les Discourses sur la Bible, par Mr. SAVRIN. Sane, quae cum Isaaco gesta sunt, eam mihi non videntur habere similitudinem cum Christi, sanctissimi foteris nostri, fatis, quae oportet adesse, si huius sit ille typus. Neque, quod maxime sententiam corroborare nostram puto, sacra scriptura vilibi nos admonet, vt hunc Abrahami filium tamquam Christi typum consideremus. Cf. que de typis personalibus docet V. S. V. GVL' ABR' TELLER IN TOPICES SCRIPTVRAE curriculo I. nuperim Lipsiae proposito et defenso §. XII. sqq.

n) Cf. SAL. GLASSII Philologia S. p. iii. 959. FVLLIERI Mifcellanca Sacra. II. c. XIV. Alii deducunt hanc vocem a מרים myrra, et in subsidium vocant CANT. IV, 6. Aliis idem est, quod נָרָה pavor, timor, quod ibi Dominus timeri et coli debat; quare etiam Chald. Onk. et Ion. vertunt: in terram cultus. Nec desunt, quibus vocem Moriae placet deducere ex מרים docere et erudire, quod inde egressura effe doctrina. Cf. b. LUTHERI Commentar. in Genesis ad h. 1. vides etiam POLY Synopse Criticor. ad h. 1

suo cuique tempore euentus respondere; et quamvis eidem et soteris missionem simul in mente fuisse nulli fere dubitamus; erat enim haec sponsionum diuinorum summa ac grauissima, cui ut tandem aliquando D E V S satisfaceret, omnes pii sub foedere prisco ardentissimis flagitarunt precibus; de qua igitur etiam, sibi in primis data, Abrahamus, tanto tamque singulari D E I beneficio affectus, procul dubio confirmare se studuit ac fiduciam suam perficere: sed ex his omnibus nondum profecto neque efficitur, Isaacum fuisse typum Christi, neque certum est, Abrahenum iam non ignorasse, super hoc monte olim templum D E I, I P S I V S iusu, aedicandum, C H R I S T V M vero crucis morte adstringendum fore; quamvis e contrario fatemur, eos nobis valde probari, qui factum esse cum summa sapientia D E I statuunt, vt Abrahami parentis piorum pietas tentaretur, vbi non solum staret aliquando splendidissima D E I domus, sed vbi etiam C H R I S T V S humanum genus morte sua ex aeterna pernicie liberaret

§. VI

ORIGO EXCELSORVM APVD GENTES

H A E C admodum insignis res D E I gesta in tantam admirationem perduxit homines, ad quos eius fama peruolauit, vt prouerbio locum huic darent: *in monte Dominus videbitur.* quo mentem eos suam credo non solum de prouidentia diuina confirmasse, adeo vt persuasos se redderent, D E V M omnibus ac singulis in rebus angustis dubiusque non minus, ac Abrahamo, prospectu-

XVI DE MONTIVM ET EXCELSORVM SACRIS

specturum; o) sed quo monti etiam huic, facto tam mirabili illustrato et super omnes alios elato, sanctitatem plane singularem tribuerunt. Atqui sane si gentibus vñquam haec fuit deorum super montibus colendorum causa, quod eos arbitrarentur in his dona offerentium clariss adspicere, precesque supplicantium facilis exaudire posse; quodque montes altiores eorumque summitates deorum sedes iisque iure peculiari debitas p) existimarent: quis non eas re adeo praeclara diuinitus gesta potius, quam sensibus modo et praeconceptis opinionibus, in tantam montium existimationem perductas esse crederet? Hoc enim beneficium Abrahamo exhibitum facile iis persuadere poterat, deos super montibus singulari modo præsentes esse, ipsosque eos velle, vt haec sibi loca sancta sint et cultui suo destinata. Quare quum non est, quod dubitemus, quin fama huius rei ad vicinos populos longe lateque peruererit; quiumque in primis incolae terrae Canaan, coram quorum quasi oculis iustitia Abrahami a D E O tentata fuit et illustrata, super excelsis locis sacra suis idolis fecerunt: non possum non in hanc ire sententiam, vt, quod in regione MORIIAE gestum vidimus, et fidem piorum inde enatam et proverbio quodam quasi euulgatam propagatamque, ortum huic deditis statuam confuetudini gentium, qua adductae montes, colles caeteraque loca excelsiora cultui deorum dedicarunt q)

§. VII

o) cf. IOTH CLERICI *Commentar.*
in Genesim ad h. L.

p) VI. IOTH SPENCERVM *de legis
Hebraeorum ritualib.* L. II.
C. XXII. Sect. II.

q) Forsitan addere licet argumen-

tum ex silentio scripturae S. de-
finitum, quae D E V M cum A-
brahaino agentem auxilium te-
statut ab excelsorum sacris de-
hortatum fuisse. Quid si enim
haec

§. VII

LEX DIVINA EX MONTE DATA

SED diutius iam in profanorum et nefando idolatriae scelere contaminatorum montium cacuminibus non commorabimur; tum demum ad ea non sine summo animi dolore reuersuri curatiusque illa contemplaturi, quum Israelitarum gentem a IEHNOVA suo impie despatam, et factitiis diis super excelsis sufficientem, videre cogemur. Sunt enim sanctiora in montibus facta, quorum ante mentionem faciamus. Scilicet supremum numen, quod FOEDVS GRATIAE cum Abrahamo initum super Moriā sancte confirmauit, alterum etiam illud OPERVM a SINAI monte populo suo tradere voluit, (*Exod. III.*) adeo ut vtraque DEI oeconomia, quarum una alteram exciperet, haecque ecclesiam *Iudaicam*, illa vero *Christianam* constitueret, super monte oriretur. Hinc d. PAVLVS ad GALATAS C. V. 21. *Scriptum est, inquit, Abrahamo esse duos filios, unum ex ancilla*

haec iam suisset sollemnis gentium confuetudo, idolis super montibus sacra facienda, equidem credo, DEVUM et tum temporis nullam occasionem omnifissę, quantum ingenti hoc feclere laederetur, declarandi. Neque vix dubito, DEVUM numquam pios in montes euocasse ad se colendum, si prius super illis sacra fuissent idolis facta. Quodsi antiquissimarum gentium fabulae vestigia eorum

fistant, quae cum Isaaco immolando gesta sunt: sane certissimum est, haec iis innotuisse easque in summam admiratioinem perduxisse. Quae vero hac ratione gesta DEI ad idola sua transtulerunt: num dubites amplius, illas iisdem ad haec super montibus colenda suisse aductas? videbis omnino *les Discourses par Mr. SAVRIN* c. 1

C

XVII DE MONTIVM ET EXCELSORVM SACRIS

ancilla, alterum ex libera natum. Ille secundum carnem, i.e. naturae cursum, hic vero vi promissionum ac potentiae diuinae natus est. Haec verba aliud quid in super denotant; significant enim duo testamenta illa, quarum unum a monte Sinai datum est, quod seruitutem gignit, adeo ut Agar fuerit typus illius cum filii suis seruientis; (nam sicut Ancilla Altrakami vocabatur Agar: sic etiam Sinai mons ille in Arabia a montium petris ac saxis horrentium catena, qua usque ad Hierosolymam adhuc existentem iedit, Agar vocabatur.) r) videlicet inter omnes constat rerum diuinorum non ignarus, MOSEN socii sui gregem in deserto Sinai pascentem, quem venerit ad montem DEI Chorebum, ab IEHOVA apparente sibi in rubo, qui ardebat quidem igne, sed non consumebatur, id non solum mandati accepisse, ut Israelis posteros ex seruitute Aegyptiaca educeret; sed certissimum quoque redditum fuisse, fore, ut cum populo feliciter educto in hoc ipso monte DEO sacra faciat. neque vero nos porro fugit, evenitum huic promissioni diuinae egregie respondisse, quem posteritas Israelis Mose, vel DEO potius ipso, duce, tertio post egressum ex Agypto mense in desertum peruerterit, dieque tertio, ortis coeli fragoribus fulgoribusque et tanto tubae sonitu, ut vniuersus populus, quin terra ipsa tremeret, legum diuinarum tabulas acciperet. (Exod. XIX) Factum, adeo augustum atque dignum summa maius,

r) Lucem huic loco affundunt IO
ALB' FABRICIVS in Curi Philolog et Crit. Tomo III p. m.
756. sqq. SEB' SCHIMIDIVS
in Commentariis in epistolas Pauli ad Romanos, Galatas et Colof-

senes etc p. 585. sqq IVst.
FEVRBORNIVS in Commentario in Epistolam Pauli ad Galatas in lucem emisso a PETRO
HABERKORNIO p. 200

maiestate numinis supremi, potuitne quaeso reliquarum gentium bene multis plane non innotescere? quae nimurum procul dubio praetiiis populi Israeliceti et Aegyptiorum fatis futurorum cognoscendorum cupidissimae fuerunt reddirae. Id ipsum igitur, si priorum nullum aliud hanc habuisset vim, ut gentibus persuaderet, montes deorum sedes esse, ideoque idolorum cultui omnino consecrandos. Sed si quis perpenderit, populo Israelicito appropinquanti terrae Canaan iniunctum iam diuinitus esse, ut destruerent excelsa eius; is sane haec longe vestiora esse suo iure contendet.

Prosequemur hoc argumentum occasione proxima. Iam VOS, EXORNATORES REI SCHOLASTICAE, ea, qua par est, humanitate rogito, ut *Exameni*, quod horis confuetis in Schola Helmstadiensi

Senatoria d. V Aprilis publice instituetur, nec non *aetui oratorio* d. VI eiusd. m. habendo frequentes interesse haud dignemini. Declamabunt autem post me verba nonnulla de *professibus discipulorum largissimo laetitiae in paeceptores redundantis fonte* facturum

IO. GE' ENGEL SCHMIDT, Helmstadiensis, Lyceo nostro valedicturus, isque iuuenis, qui a moribus et doctrina omnibus studiosorum fautoribus merito commendatur, et de quo spem summam habeo, fore, ut et in academia pietatis veraeque et solidae eruditionis laudes numquam non strenue sectetur: habebit autem orationem *panegyricam PROPRIO MARTE sermone vernaculo elaboratam in SERENISSIMVM PRINCIPEM AC DOMINVM, DOMINVM CAROLVM GUILIELMVM FERDINANDVM, PRIN*

XX DE MONTIVM ET EXCELSORVM SACR· PROL· PRIM


CIP EM HER EDEM, HEROEM NOSTRAE AETA
TIS SVMMVM, DOMINVM NOSTRVM CLEMEN
TISSIMVM

IO· EBERH· WVNNENBVRG, Helmstad. ora-
cula quid idololatras ippos minime auctoritatis fuisse ger-
manice demonstrabit oratione proprio Marte elaborata

CAR· GE· REINHARD, Helmstad. de morte
magni Panis latinam habebit orationem

P· P· Helmstadi d. III Aprilis, A· R· S

XII
CCCLCICII



CHI FELIUM IHERINIANU
MATRI

DD A 6427

ULB Halle

002 927 292

3



WDA8

R



B.I.G.

Farbkarte #13



M ET EXCELSORVM

S A C R A

TATIS SACRAE MONVMENTIS

ILLVSTRARE

INCIPIT

MEN PVBLICVM

ET

M O R A T O R I V M

HELMSTADIENSI SENATORIA

N S T I T V E N D V M

INDICANS

A N C I S C V S W A G N E R

A E H E L M S T A D I I S V E P R I O R
A E V A L L E N S I S P O E T A L A V R C A E S
O T H E C A E A C A D E M I A E I V L I O C A R O
S T E V T O N I C A E S O C I E T A T I S H E L M
S E T A L D O R F I E N S I H O N O R I S
X T R A O R D I N E M A D S C R I P T V S

H E L M S T A D I

M I C H A E L G V N T H E R L E V C K A R T